



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Præposito Et Capitvlo Brivatensibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

*ABRATI DE PIGVAVIA*  
Mersburgensis dioecesis, & Preposito  
Magdeburgensi.

Epif. 70.  
Adventus Episcopum Hildes-  
hemensem.

**S**i utile ac sincerum membrum Ecclesie... dictus Hildesemensis Episcopus extitisset, & voluisset prudenter advertere quod praefatus ab ore ramus beneficium radicis amitteret, non solum in devium excommunicati & reprobi non declinasset Ottonis, sed adhuc in unitate ac devotione fideliter Ecclesie Romana perstiteret, quae disponente Domino mater est omnium fidelium & magistra. Verum cum adversus eandem calcaneum presumptuofus exixerit, non intelligens quod bestia, si montem tergerit, lapidabitur, & durum est contra stimulum calcitrare, nec se magistrum per opera exhibet, nec discipulum recognoscit. Et quidem si vitium ingratiitudinis in eo beneficiorum nostrorum non abolevit memoriam, licet timorem amiserit, forte reverentiam conservasset. Sed utrumque, sicut perpendimus, amissio dinocitur, cum nec timoris indicia nec alicuius devotionis scintilla remansisse videatur in ipso. Pro sua enim rebellione ac inobedientia, sicut accepimus, primò suspensus, ac deinde vinculo excommunicationis astrictus, publicè divina præsumpsit officia celebrare, oleum sacrum & christina conficiens, aliaque sacramenta Ecclesie temerarius administrans. Et quasi haec non sufficerent ad injuriam & offendam, non sine contemptu sed etiam Ottonis accessit, in iudiciis & aliis Episcopus excommunicato communicans quem laicorum pars potior evitabat. Cum eodem etiam Ottonem contra nobilem virum Lantcravum Turingiae & Albertum Comitem de Hevelten devotos & fideles Ecclesie per suos cum exercitu, ac si hoc deceret Episcopum, infurrit, & non sine ridiculo, qui de pastoribus habebatur, lupum inducebat in oves quas Petri concludebat ovile, dum eo impugnante per suos, pro excommunicato predicto, terras nobilium præfatorum, multi fuerint interempti pro Ecclesie libertate, quam ancillare assistendo\* tyranno talis Episcopus nitiebatur. Et quasi haec non sufficerent ad injuriam & offendam, non sine contemptu sedis apostolice ad curiam Ottonis accessit, in iudiciis & aliis Episcopus excommunicato comunicans quem laicorum pars potior evitabat. Ut autem Romanam Ecclesiam factus hostis agnoscat &c. ut supra usque in finem. Datum Laterani vii. Idus Iunij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

\* Vide lib. 14.  
epif. 126.

Hildesemensis Ecclesie perpetuo amoventes, faciat eidem Ecclesie de persona idonea & Ecclesie Romana plenè devota sublato cuiuslibet contradictionis & appellationis obstatculo per electionem canoniam provideri; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentes. Tu denique, fili Abbas, super te ipso &c. Datum Laterani v. Idus Iunij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

E I S D E M.

**S**i utile ac sincerum membrum Ecclesie... dictus Halberstadiensis Episcopus extitisset &c. ut supra in eandem modum usque scintilla remansisse videatur in ipso. Pro sua enim inobedientia & rebellione, sicut accepimus, primò suspensus, ac deinde vinculo excommunicationis astrictus, publicè divina præsumpsit officia celebrare, oleum sacrum & christina conficiens, aliaque sacramenta Ecclesie temerarius administrans. Et quasi haec non sufficerent ad injuriam & offendam, non sine contemptu sed etiam Ottonis accessit, in iudiciis & aliis Episcopus excommunicato communicans quem laicorum pars potior evitabat. Cum eodem etiam Ottonem contra nobilem virum Lantcravum Turingiae, devotum & fidelem Ecclesie, intrepidus cum exercitu, ac si hoc deceret Episcopum, infurrit, & non sine ridiculo, qui de pastoribus habebatur, lupum inducebat in oves quas Petri concludebat ovile, dum eo impugnante cum excommunicato predicto caltrum quod Wrcen vocatur & terram nobilis memoria, multi fuerint interempti pro Ecclesie libertate, quam ancillare assistendo tyranno talis Episcopus nitiebatur. Ut autem Romanam Ecclesiam factus hostis agnoscat &c. ut supra usque in finem. Datum Laterani vii. Idus Iunij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

*P R A E P O S I T O E T C A P I T V L O*  
*Brivatenibus.*

**C**um olim causam quæ inter vos ex parte una & venerabilem fratrem nostrum Claromontensem Episcopum ex altera super Ecclesie villa Brivatenus & sancti Ferreoli & sancti Germani & de Baiassa & de Brassac & de Paulac & de Bellomonte, quas idem ad se dioeciana lege spectare dicebat, & vos eas legitime præscripsisse, Cafæ-Dei, Bellaequæ, ac Novemfontum Abbatibus sub certa

Epif. 71.  
Adventus Episcopum Hal-  
berstadiensem.

Epif. 72.  
Decidit item  
quam ipsi ha-  
babant cum E-  
piscopo Claro-  
montensi.  
Vide lib. 11.  
epif. 125. 118.

forma duxerimus committendam, judices ipsi, receptis testibus & attestationibus publicatis, causam ipsam sufficienter instruc- tam ad nostram audientiam remiserunt. Nos igitur auditis & intellectis quæ à vestris & partis alterius procuratoribus fure proposta coram nobis, quia super Ecclesias villæ Brivatenis & sancti Ferreoli & de prescriptione legitima docuisti, vos quoad illas ab impetitione ipsius duximus senten- tialiter absolvendos, eidem Episcopo super illis perpetuum silentium imponentes. In Ecclesiis autem sancti Germani, de Bajassa, de Brassac, & de Paulac, & de Bellomonte, quia in probatione præscriptio- nis canonicae defecisti, cùm intentio par- tis alterius sit eo ipso de communi jure fundata quod eadem Ecclesia infra limi- tes Claromontensis dioecesis concluduntur, super illis jus episcopale adjudicavimus Episcopo memorato, vobis in eis, quoad jus episcopale, perpetuum silentium im- ponentes. Nulli ergo &c. diffinitionis &c. usque incursum. Datum Laterani xiiii. Kal. Iulij, pontificatus nostri anno sexto- decimo.

*PRÆPOSITO ET CAPITVLO  
Ecclesiæ sancti Iuliani Brivatenis tam pre-  
sentibus quam futuris in perpetuum.*

*Epiſt. 73.  
De confirma-  
tione privile-  
giorum.*

**E**T si debito pastoralis officij pro uni- versarum Ecclesiarum statu satagere compellamur, illis tamen quæ apostolica- sedi specialiū adhærere noscuntur studio- sius nos convenient providere. Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris justis postu- lationibus benignè duximus annuendum, & præfatam Ecclesiam sancti Iuliani, quæ ad apostolicam sedem nullo mediante nos- citur pertinere, ad exemplar felicis recor- dationis Calisti Papæ prædecessoris nostri sub beati Petri & nostra protectione susci- pimus & præsentis scripti privilegio com- munimus, statuentes ut quascunque pos- sessions &c. usque duximus exprimenda vocabulis. Ecclesiæ villæ Brivatenis & sancti Ferreoli cum parochiis suis, super quibus vos ab omni impetitione dioecesani Episcopi sententialiter judicavimus abso- lutos. Abbatiam sancti Germani de He- bron, abbatiam sancti Marcellini de Can- togila, abbatiam sanctæ Mariae de Pebrac, abbatiam sancti Iuliani Turonensis, Eccle- siam de Brassac, Ecclesiam de Valle cum decima, Ecclesiam de Solmiac cum decima, Ecclesiam de Spelenco cum decima, villam Tarazas, Ecclesiam de Faveroles cum decima, Ecclesiam de Soleto cum de-

*Vide epist. 72.*

cima, Ecclesiam de Cultus cum decima, Ecclesiam de Bellomonte cum decima, Ecclesiam de Fontibus. Porro Ecclesia ac prædia quæ per Præpositorum aut aliarum ecclesiasticarum personarum temeritatem vel per laicorum violentiam sunt distracta, ad jus & proprietatem ipsius Ecclesiæ re- vocentur, & sine contradictione alicuius personæ illibata in posterum conserven- tur. Statuimus etiam ut nullus infra terminos parochiarum vestrarum domum reli- giosam vel Capellam aut oratorium fine affluo vestro ædificare præsumat, salvis privilegiis Pontificum Romanorum. Sanè ut eadem Ecclesia libera semper & quieta permaneat, omnem prorsus Episcopum aliquam in ea ditionem habere, præter Romanum Pontificem, prohibemus. Chris- ma quoque, oleum sanctum, consecratio- nes altarium vel Ecclesiarum, ordinatio- nes Clericorum qui ad sacros fuerint ordines promovendi, à quoconque malueritis catholico suscipietis Episcopo; siquidem gratiam & communionem apostolice sedis habuerit, & ea gratis & sine pravitate voluerit exhibere. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Præposito &c. usque secundum Deum duxerint eligendum. Ad indicium autem juris & proprietatis Romanæ Ecclesia & libertatis vestrae aureum unum nobis & successoribus nostris annis singu- lis persolveris. Decernimus ergo &c. usque usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolicae auctoritate. Si qua igitur &c. usque districtæ subjaceat ultiō. Cunctis autem &c. usque pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. Datum Laterani per manum Rainaldi Acolyti & Capellani Domini Innocentij III. Papæ Kal. Iulij, Indicione prima, incarnationis dominice anno M C CX II. pontificatus vero ejusdem Do- mini Innocentij anno sextodecimo.

*ST. MAGISTRO SCHOLARVM  
Brivateni.*

**D**Ivina providentia sacrosanctam Ro- manam Ecclesiam omnium fidelium caput constituens & magistrum, potestatis plenitudinem penes eam voluit residere; ut qua pro puniendis seu cohibendis ex- cessibus humana solertia statuenda provi- dit, ejus auctoritas, nunc pensatis rerum circumstantiis & meritis personarum, se- verè faceret observari, nunc severitati detrahens, dispensando rigorem mansuetu- dine temperaret. Cùm igitur ad sacros or- dines desideres promoveri, ac in iniquita- tibus cum Propheta conceptus nobis hu- militer

*Epiſt. 74.  
Dispensatio fa-  
per deficitu  
natalium.*